

INter eos autem qui non solum egregia
 de cordis compunctione atq; seria ad Pi-
 tatem introductione verba fecere, verum
 proprio eandem exemplo docuere, ma-
 gnum etiam in prisca Ecclesia nomen D.
 EPHRÆM SYRUS, Edessenæ Eccle-
 siæ Diaconus obtinuit; cuius summæ lau-
 di gloriæque tribuendum, quod (Gregorio
 Nysseno teste) *præter divinitus concessæ
 Sapientiæ latices, artes quidem atq; discipli-
 nas ad rectè ornatèq; dicendi rationem & ad*
DOCTRINÆ SUBTILITATEM
pertinentes hausserit; verum TANDEM
etiam REIECTIS VANIS stultisq; Re-
bus, verã seriamq; exercuerit PIETATEM;
 „ Et cū (pergit Nyss.) talibus cogitationibus
 „ semper occuparetur, Mundum & quæ-
 „ cunque in eo sunt effugerit, & *procūl re-*
 „ *cedendo fugiens, aliquandiu manserit*
 „ *in solitudine, DEO & sibi Ipsi vacans, re-*
 „ *teque cognoverit, eos qui solitariam*
 „ *vitam amplectuntur, ex turbulentis se-*
 „ *culi huius perturbationib; atq; procellis*
 „ *liberari, & ad quietis tranquillitatisque*
 por-